- - -
- - ο]υ. Φρασίνικος Θαρσυ -
- - ος.

'Recte conicit Rossius esse mera nomina hominum, qui visitarant specum' (Boeckh). Similia nomina Oliari in specu maiore inventa sunt; cf. C. I. G. II 2399 sqq. || Vs. 2 = 5; vss. 6. 7 = 8—10.

1064 'In anaglypho senem repraesentante, cui adstat canis; misit S. Martin.' Ed. Boeckh C. I. G. II 2445 (Kaibel Epigr. graec. 190; Cougny App. Anth. Pal. II 174).

ΧΑΙΡΕΙΝΤΟΝΚΑ . . ΑΓΑCΕΠΙΑCΞΕΝΕ
ΔΙΟΓΕΝΗΜΕΒΑΙΝΕΠΙCΑΝΠΡΑΞΑΝ
ΤΥΝΧΑΝΕΘΟΝΕΘΕΝΕΙCΕΝΝΕΑΚΑΙ
ΔΕΧΕΤ . . ΗCΓΑΡΥΠΟCΤΥΓΕΡΑCΕΔΑΜΑC
ΘΗΝΝΟΥCΟΥΚΑΙΛΕΙΠΩΤΟΝΓΛΥΚΥΝΑΕΛΙ
ΟΝΑΝΙΚΕΔΕΙΜΕΓΟΝΕΥCΙΤΙΝΕΙΝΧΑΡΙΝΗ
ΔΕCΥΝΗΜΩΝΛΛΘΔΕΙCΑΦΑΝΗΤΟΝΔΕ

Χαίρειν τὸν κα[τ]ὰ γᾶς ε[ἴπ]ας, ξένε, | Διογένη [μ]ε
βαῖν' ἐπὶ σὰν πρᾶξ[ι]ν, | τύνχανέ [θ' ὧ]ν ἐθέ[λ]εις.
Ἐννεακαι|δεχέτης γὰρ ὑπὸ στυγερᾶς ἐδαμάσ||θην
νούσου, καὶ λείπω τὸν γλυκὺν ἀέλ|ιον,
ἁνίκ' ἔδει με γονεῦσι τίνειν χάριν· ἡ | δὲ συνήμων
ΛΛΘΔ εἰς ἀφανῆ τόνδε ⏑—⏑⏑—

'Melioris aetatis videtur quam ut traditae C formae fidas, melioris certe artis quam ut Boeckhii emendationem Λάθα vs. 6 pro vera habeas, unde nec supplementum eius recepi τόνδε μ' ἔκρυψε τάφον' Kaibel.

1065 Tabula marmoris albi a margine superiore laesa, l. 0,72, a. 0,29, cr. c. 0,175. Litterae male incisae tertii fortasse p. Chr. n. saeculi, altae plus minus 0,014. Ed. Gabalas Φολέγ. 1886, 11 sq. (Charilaos Φολέγ. 1888, 52 sq.). Exscripsi in regione 'ς τὸν γέροντα prope oppidum sita in casae derelictae parietinis portae insertam.

I ι ////// ΒΟΝΑΒΑϹΚΑΝΤΟϹΜΟΙΑΝΗΡΕΜΟΙ(?)ΕΚΤΙϹΕ ///////////
ΛΑΙΝΟΝΗΜΕΤΕΡΗϹΜΝΗϹΚΟΜΕΝΟϹΦΙΛΙΗϹ
ΗΔΕΠΡΟΜΟΙΡΟϹΕΓΩϹΚΟΤΙΟΝΔΟΜΟΝΗΛΥΘΑΝΑΙΚ /////////
ΕΙΚΟϹΤΩΠΕΝΠΤΟΝΚΟΙΝΟΝΕΧΟΥϹΑΕΤΟϹ
ΜΟΙΡΗϹΩΠΕΚΛΩϹΕΤΑΔΟΓΜΑΤΑΜΗΤΕΡΙΠΙΚΡΑ
ΠΑΤΡΙΤΕϹΩϹΙΒΙΩΠΕΝΘΕΑΔΙϹϹΑΤΕΚΝΩΝ

II ΟΥΚΕΦΥΓΟΝΦΟΛΕΚΑΝΔΡΟΝΕΜΑΝΠΟΛΙΝΑΛΛΑΜΕΔΑΙΜΩΝ
ΑΓΑΓΕΝΑΡΠΑΞΑϹΔΥϹΜΟΡΟΝΟΦΡΑΘΑΝΩ
ΞΕΙΝΟϹΕΓΩΚΟΗΤΗϹΕΝΔΩΜΑϹΙΚΑΙΜΕΤΟΚΗΩΝ
ΚΑΙΒΙΟΤΟΥΠΙΚΡΑΝΟΥϹΟϹΑΠΕϹΤΕΡΕϹΕΝ
ΤΟΥΜΟΝΔΟΥΝΟΜΕΗΝΑΓΑΘΑΜΕΡΟϹΕΙΜΙΔΕΜΑΤΡΟϹ
ΠΡΗΓΙϹϹΑϹΠΑΤΡΟϹϹΩϹΙΒΙΟΥΤΕΠΑΙϹ
ΟΙΜΕΚΑϹΙΓΝΗΤΑϹΕΠΙϹΑΜΑΤΙΤΟΙΟΝΕΤΜΥΞΕ
ΕΙϹΠΑΤΡΑΝΨΑΥΔΗΝΕΚΡΟΝΕΦΕϹΤΑΟΤΑ

I [Τύμ]βον Ἀβάσκαντός μοι ἀνὴρ ἐμὸ[ν] ἔκτισε [τόνδε]
λάϊνον ἡμετέρης μνησκόμενος φιλίης·
ἡ δὲ πρόμοιρος ἐγὼ σκότιον δόμον ἤλυθ' Ἀνά[γ]κ[ης]
εἰκοστῷ πένπτον κοινὸν ἔχουσα ἔτος,
Μοίρης ὧ 'πέκλωσε τὰ δόγματα μητέρι πικρὰ
πατρί τε Σωσιβίῳ πένθεα δισσὰ τέκνων.

II Οὐκ ἔφυγον Φολέκανδρον ἐμὰν πόλιν, ἀλλά με δαίμων
ἄγαγεν ἁρπάξας δύσμορον, ὄφρα θάνω
ξεῖνος ἐγὼ Κ[ρ]ήτης ἐν δώμασι, καί με τοκήων
καὶ βιότου πικρὰ νοῦσος ἀπεστέρεσεν.
Τοὐμὸν δ' οὔνομ' ἔην Ἀγαθάμερος, εἰμὶ δὲ ματρὸς
Πρηγίσσας πατρὸς Σωσιβίου τε παῖς,
ὅ[ς] με κασιγνήτας ἐπὶ σάματι τοῖον ἔτμυξε (*sic*)
εἰς πάτραν ψαυδῆ νεκρὸν ἐφεσταότα.

I vs. 3 Ἀνά[γ]κ[ης] s. ἀνά[γ]κ[η] Kaibel. || II vs. 3 ξεῖνος κο[ί]της Gabalas; Κ[ρ]ήτης Kaibel. || vs. 7 ΟΙ pro ΟϹ, ἔτμυξε i. e. ἔτμηξε 'exsculpsit'. || vs. 8 ΨΑΥΔΗ, non ΤΑΥΔΗΝ ut Gab., pro ψευδῆ incisum videtur eadem ratione, qua αὐνοίας similia apud Theraeos (v. ad n. 868).

1066 Basis cymatio superne ornata, a parte inferiore dextra postica fracta, marmoris maculati. In latere superiore foramen est. Max. l. 0,265, max. a. 0,20, max. cr. 0,32. Litterae apicatae et profundae serae aetatis, a. 0,022. Exscripsi in parietinis casae in regione 'ς τὸν γέροντα sitae.

ΡΗϹΙΔΙΚ
ΔΙΟΚΛΕΟ
Χ

Ῥησίδικ[ος]
Διοκλ[έ]ο[υς]
χ[αῖρε].

1067 Basis cymatiis ornata, l. 0,50, a. 0,25, cr. 0,365, inde a parte inferiore usque ad latus superius, ubi angustum modo foramen est, excavata. Dubitari potest, utrum recentiori demum aetati foramen illud debeatur, an antiquum sit, ad recipiendam urnae partem superiorem destinatum (eodem enim loco vas marmoreum repertum esse audivi). Litterae bonae longius protractae tertii a. Chr. n. saeculi, a. 0,02—0,03. Exscripsi in vico 'Πάνω Μεριά apud Antonium Lucam.

ΑΙΝΗΣΙΟΥΣ Αἰνησιοῦς.

1068 In pariete ecclesiae S. Crucis inter oppidum et molendinas. Edd. Ross *Abh. der Münch. Akad., philos.-philol. Cl.* II 2, 1838, 447 sq. (= *Arch. Aufs.* II 529 sq.), 30 (C. I. G. II add. 2445*b*; Kaibel Epigr. graec. 267).

ΕΥΚΑΡΠΩΘΡΕΠΤΩ
ΧΡΗϹΤΩΜΝΕΙΑϹΧΑΡΙΝ
ΤΑΥΤΕΧΑΡΑΞΑ ⊗
ΧΑΙΡΕ

Εὐκάρπῳ θρεπτῷ
χρηστῷ μνείας χάριν
ταῦτ' ἐχάραξα.
χαῖρε.

'Versum facere voluit' Kaibel, fortasse recte.

1069 Stela superne mutila, cuius l. 0,305, anaglypho ornata, cuius pars inferior exstat. Litterae profundae satis accurate incisae nostra aera non antiquiores. Exscripsi in oppido apud Emmanuëlem Nicolai f. Kondarinem.

anaglyphum
mulier sedens — *puer stans* — *lectus*

ΕΥΦΡΟΣΥΝΗΧΡΗΣΤΗ
ΧΑΙΡΕ

Εὐφροσύνη χρηστὴ
χαῖρε.

1070 Basis marmoris albi olim cymatiis, quae nunc corrupta sunt, ornata; in parte media ita excavata, ut in latere inferiore amplum, in superiore angustum sit foramen, l. 0,35, max. a. 0,145, cr. 0,28. Litterae serae aetatis a. 0,2. Ed. Charilaos Φολέγ. 1888, 53. Exscripsi apud S. Demetrii ecclesiam ad viam, quae ab oppido in vicum 'Πάνω Μεριά fert, in regione Καυκάρες appellata.

ΘΕΥΤΙΜΑ Θευτίμα.

1071 Ed. Boeckh C. I. G. II 2446 ex schedis Koehlerianis.

ΤΥΧΗΣ Τύχης.

1072 Basis a sinistra superiore inferiore parte mutila, lapidis communis (μαρμαρόπετρα) ab inferiore latere excavata. A latere superiore medio foramen rectangulum incisum est. Max. l. 0,53, max. a. 0,27, cr. c. 0,40. Litterae detritae tertii fere a. Chr. n. saeculi, a. 0,027—0,03. Ed. Charilaos Φολέγ. 1888, 53. Exscripsi in oppido apud Eustathium Clementem.

ΙΔΙΚΛΕΥΣ [Φε]ιδικλεῦς.

IX.

MELOS.



Melos insula quinto a. Chr. n. saeculo pro Lacedaemoniorum colonia habita est (Her. VIII 48 Μήλιοι μὲν γένος ἐόντες ἀπὸ Λακεδαίμονος; Thuc. V 84 οἱ δὲ Μήλιοι Λακεδαιμονίων μέν εἰσιν ἄποικοι), septingentis annis ante annum 416, quo ab Atheniensibus capta est, secundum Thucydidis calculos vix accuratos deducta (V 112 πόλεως ἑπτακόσια ἔτη ἤδη οἰκουμένης), id est ea fere aetate, qua Dores in Peloponnesum immigraverunt. Posteriores auctores Ephorum fortasse secuti Imbrios et Lemnios (i. e. Minyas, quicunque illi fuerunt), duabus aetatibus humanis postquam a Philonomo Amyclas deducti erant, Pollide Delpho Crataïda Lacedaemoniis ducibus et Melum et Lyctum occupasse tradiderunt (vide Cononis c. 36 et Plutarchi mul. virt. 8 narrationes depravatas, quarum pars ex Herodoti IV 145 sqq. quodammodo pendet et corrigenda est. Cf. de his rebus U. Hoefer *Konon* p. 71 sq., Studniczka *Kyrene* 47 sqq. et in Roscheri Lex. myth. II 1740. Pro Herodoti Minyis Tyrrhenos substituit Plutarchi auctor). Sexto a. Chr. n. saeculo utique Dores erant et dorica dialecto utebantur, sed litteris prorsus diversis a Lacedaemoniorum consuetudine, Cnidiorum litteraturae similioribus (Th. Homolle *Bull. de corr. Hell.* XXI 1896, 591); quinto prout propius ad Lacedaemoniorum amicitiam accesserant, ita Laconicas didicere litteras (Dittenberger-Purgold *Inschr. von Olympia* 272 coll. *Mitth. des athen. Inst.* XXI 1896, 431 sq., adn. 3). Nummos argenteos normam Phoeniciam secuti inde fere ab anno 500 vel paullo antea excuderunt (Head Hist. num. 414; Kirchhoff *Studien*[4] 72 sq.). Peloponnesiaci belli initio liberi manserunt (Thuc. II 9) et Atheniensibus, cum anno 426 Nicia duce insulam vexarent, feliciter obstiterunt (Thuc. III 91), quamvis postero anno in tributorum catalogos atticos relati (C. I. A. I p. 21 n. 37, 64); anno demum 416 urbs ab Atheniensibus expugnata quingentos eorum cleruchos accepit, necatis Meliorum viris, mulieribus vero et infantibus in servitutem abductis (Thuc. V 16). Huius aetatis monumentum tenemus unum n. 1187, ubi vide. Sed iam anno 404 Lysander Atheniensibus expulsis Meliis, quotquot supererant, insulam reddidit (Xen. Hist. graec. II 2, 9; Plut. Lys. 14), postquam iam in pugna ad Aegos potamos commissa Melius quidam navis dux, fortasse exul, adfuit ([Θ]εόπομπος Λαπόμπου Μάλιος, cuius ethnicum

Pausanias X 9 sive auctor eius male legerat Μύνδιος, basim Delphis effodit Homolle *Bull. de corr. Hell.* XXI 1897, 287). Libertate recuperata Melii nummos quoque denuo excudere coeperunt argenteos et aeneos, Rhodia norma usi (Head l. l. 415); Atheniensibus vero infesti piraticam aut ipsi fecerunt aut fieri portu optimo praebito passi sunt (Ps.-Demosth. in Theocrin. [or. LVIII] 56). Sed inscriptionum maior pars, antiquissimis exceptis, imperatorum aevi est Romanorum. Latinos titulos novimus duos cum graecis coniunctos n. 1078. 1079, unum mere latinum, quem edidit Pollak *Mitth. des athen. Inst.* XXI 1896, 223: *C. Caelius C. l. Eros mercator* (= C. I. L. III suppl. n. 14203[1]).

Ex iis, qui de Meli situ et monumentis egerunt, hic commemorandi L. Ross *Reisen auf den griech. Inseln* III 1845, 3—21. 145—151; R. Weil *Mitth. des athen. Inst.* I 1876, 243—249; F. Dümmler ibid. XI 1886, 25—32, 114—119 (exclusi decretum ibid. p. 115 n. 3 editum, quod Syriis reddidit Swoboda ibid. p. 447 sq.); L. Pollak ibid. XXI 1896, 214—224; Cecil Smith *Journ. of Hell. stud.* XVI 1896, 347—356 cum duabus parvis tabulis geographicis, XVII, 1—21; D. Mackenzie ibid. 122—133 (cf. *Annual of the Brit. school at Athens* II 1895/6, 63—82). Alios suis locis notabo. Meli et vicinarum insularum Cimoli Polyaegae aliarum situm et statum hodiernum accurate descripsit K. Ehrenburg *Die Inselgruppe von Milos, Versuch einer geologisch-geographischen Beschreibung der Eilande Milos, Kimolos, Polivos und Erimomilos* 1889 additis librorum catalogo (p. V—VII) et tabulis geographicis, e quibus prior tabula lapidum distributionem geologicam, altera nomina hodierna diligentissime collecta continet.

Insularum formas et locos propter inscriptiones ibi inventas memorabiles tabulae geographicae demonstrant, quas delineavit M. Luebke, Ehrenburgi potissimum et Anglorum (*Journ.* XVI l. l.) imaginibus usus. Maior insulae pars monumentis epigraphicis orba. Vallis, quae hodie est Κλῖμα appellata, portus antiquus fuisse videtur (C. Smith *Journ.* XVI 350 sq.).

Urbs in dextra sive septentrionali parte faucium fuit, quae inde a loco hodie Λίμναι dicto oriuntur, in collibus duobus et eorum clivis sita, qui colles nunc Πυργάκι et Ἅγιος Ἠλίας nuncupantur. Muri urbis etiamnunc conspicui sunt nec non theatrum a. 1836 sub Ludovici prioris Bavariae regis auspiciis detectum (Ross *Griech. Königsreisen* I 121. 131 sq.); supra theatrum et prope moenium portam in regione 'ς τὰς τρεῖς ἐκκλησίας' forum antiquum se reperisse Anglorum viri docti censent, qui a. 1896 humum ibi effoderunt (*Journ.* XVII 130 sqq.); optime enim in hunc locum quadrare Thucydidis verba V 115: εἷλον δὲ καὶ οἱ Μήλιοι τῶν Ἀθηναίων τοῦ περιτειχίσματος τὸ κατὰ τὴν ἀγοράν. Quamquam haec etiamnunc nimis incerta sunt, ac summopere sperandum Anglos id, quod feliciter incohaverunt, opus haud exiguum ad praeclarum finem perducturos esse: namque ad id tempus de institutis publicis, qualia florentibus Meliorum rebus erant, silent lapides.

Sepulcra Meliorum antiquissima prope vicum Τρυπητήν sunt a perforatis et excavatis saxis denominatum, et in colle Κλιματοβούνι; secundi fere saeculi sepulcretum ad viam fuisse videtur, quae a portu (Κλῖμα) versus vicum hodie a Cretensibus habitatum Ἀδάμαντα fert (*Journ.* XVII 13), quod Nostrakis quidam a. 1866 investigavit; Christianae catacumbae satis antiquae rursus infra Τρυπητήν sunt (de quibus dedita opera egit Ch. Bayet *Bull. de corr. Hell.* II 1878, 347—359 et tab. XX). Reliquiae eius aevi, quod Mycenaeum vocant, et aliis locis inventae et ab huius libri proposito alienae sunt; quas tractaverunt Ross *Reisen auf den griech. Inseln* III 21; Dümmler l. l. p. 25 sqq.; Pollak l. l. 217 sqq.; C. Smith *Journ.* XVII 353. 356; alii.




Forma MELI VRBIS ex Anglorum libello [Journ. of Hell. stud. XVI 1896 348] descripta.

PARS PRIMA.

DECRETA. CATALOGI.

1073 Fragmenta duo marmoris albi, quae unius basis partem inferiorem efficiunt. Margo inferior et dexter conservati sunt. Amborum coniunctorum max. l. (sine corona) 0,42, max. a. 0,20 (coronae 0,05), max. cr. 0,14. Litterae apicatae nec sine elegantiae ambitione incisae, sed altitudinis diversae (pleraeque 0,01, ultima verba 0,015—0,017) et formae saepe insolitae (nota Ε). Titulus primo a. Chr. n. saeculo vix est multo antiquior. Exscripsi in loco Λίμναι, qui est inter vicos Πλάκα et Τρυπητή, apud Georgium Theodori f. Mathiudakin.




sic

\- - - - - - - - - - - - - - - - - -

[- - - - - κατ]ὰ τὸν ἐπι[φ]ανέστατον τό[πο]ν· [ἀνακηρύσ]-
[σεσθαι δὲ κα]ὶ ἐν τοῖς ἀγομένοις παρ' αὐ[τ]οῖς ἐπιφανεστά-
[τοις ἀγῶσι]ν κατὰ τάδε· Ὁ δῆμος ὁ Περγαίων στεφανοῖ τὸν
[δῆμον τὸν] Μηλίων χρυσῷ στεφάνωι ἐφ' ἧι ἔχι πρὸς αὐ-
[τὸν εὐνοίαι] ἐπὶ τῶι ἐξαπεσταλκέναι ἄνδρα δυνατὸν καὶ ἀ-
[γαθόν, ἐ]νχειρισθείσης αὐτῶι πίστεως· ὁμο[ί]ως δὲ
[καὶ τὸν δικ]αστὴν χρυσέῳ στεφάνωι ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ δι-
[καιοσύ]νης. Εἱρέθη Φηρέας Ἀλέξιδος.

Scribendi ratio varians; nota: vs. 3 χρυσῷ στεφάνωι; vs. 7 χρυσέῳ στεφάνωι; vs. 4 ἔχι; vs. 8 εἱρέθη. || Vs. 7 τὸν δικ]αστὴν i. e. iudicem quem Melii Pergaeis miserant supplevit U. de Wilamowitz.

1074 Fragmentum tabulae marmoreae. Superioris marginis pars integra. Max. a. 0,15, max. l. 0,09. Ed. C. Smith *Journ. of Hell. stud.* XVII 1897, 13, 28, cui in vico Τρυπητή attulerat rusticus quidam.




Potest fuisse: [ὁ γυμνασίαρχος - -]ιτος Εὐ[- - ἀνέγραψε τοὺ]ς ἐπ' αὐ[τοῦ ἐφηβεύσαντας vel alius indolis catalogus ab aliquo magistratu confectus. Sequuntur nomina: vs. 3 - - ήνορος, Α - -; vs. 4 - - ς, Εὔφρων; vs. 5 - - - π]άτρου, Ἀρι - -; vs. 6 - ς Νεμ - -

PARS SECVNDA.

RES SACRAE.


1075 Columna marmoris Parii, cuius a. 1,56, dm. sup. 0,31, inf. 0,24, sedecim striis ornata, litteris in duobus vicinis canaliculis eleganter incisis. Lapis Meli inventus Venetiam ab Iacobo Nani delatus; postea ex eius Museo in aedes Tiepolanas devenit, inde *Legnaro* in comitis Ios. Pagani villam prope Paduam sitam transportatus (Ricci *Mon. ant.* II 271); nunc Berolini in Museo antiquitatum Regio conservatur. Edd. Hier. F. Zanetti *Due antichissime greche iscrizioni spiegate* 1755; Corsini *Spiegazione di due antichissime iscrizioni greche* 1756; Grubissichius *Nuova spiegazione della colonna Naniana* 1757; Th. Perelli in Donati Nov. Miscell. Lucens.[1] 1773 alii; Biagi Mon. graec. et lat. ex museo Iacobi Nanii 1787 praeloq. § II (cf. p. XXIII) et p. 3—36; Donatus Ad nov. thes. vet. inscriptionum ... Muratorii supplementum II p. 480; Payne-Knight *Analyt. Essay on the greek Alphabet* 1791, I 2; *Collezione die tutte le antichità che si conservano nel Museo Naniano* 1815, 8; Rose Inscr. graec. vetust. 1825 tab. LII 1 p. 327 sqq.; Welcker Epigr. specileg. II n. 21 p. 5 sq.; Boeckh C. I. G. I 3 ex consentientibus Italorum apographis minoribus, cum maiori Donati collatis (Welcker Syll. epigr. graec. 1828, 119 et *Rhein. Mus.* VI 1848, 383; Brunn *Gesch. der griech. Künstler* I[1] 42 [2] 32; C. Keil Philol. II suppl. 1863, 564 sqq.; Hirschfeld Tit. stat. 1 et tab. I 1; Kaibel Epigr. graec. 740; Roehl I. G. A. 412 = Imagg.[1] p. 4; Cauer Delect.[2] 133; Loewy *Inschr. griech. Bildh.* 5; Roberts *Introd.* I 32, 7; Cougny App. Anth. Pal. I 17; Hoffmann Syll. epigr. graec. I 290; tractaverunt A. Kirchhoff *Studien*[4] 66 sq.; Studniczka *Jahrb. des arch. Inst.* II 1887, 151 sq.); Ricci *Mon. ant.* II 1893, 270 sqq. addita nova et accuratiore litterarum (non lapidis, ut priores multi) imagine (Roehl Imagg.[2] p. 10 III), quam ex Roehlio hic repetivi. Vidi.



Παῖ Διός, Ἐκπhάντωι δέξαι τόδ' ἀμ[ε]νπhὲς ἄγαλμα·
σοὶ γὰρ ἐπευχhόμενος τοῦτ' ἐτέ[λ]εσσε γρόπhων.

'Trophon igitur sive Grophon Dianae Lucinae' (Ἐκπhαντοῖ i. e. vocativus cognominis Ἐκφαντώ aliunde ignoti) 'statuam, ut videtur, aliquam dedicat' Welcker. Veram explicationem Boeckhius dedit. De pictore Ecphanto, quem commemorat Plinius nat. hist. XXXV 16, cogitat Studniczka; sed Corinthius fuit, nec dubito, quin dedicantis patria indicata fuerit, si non fuisset Melius. Immo γράψαι vel de columna ipsa exsculpta dici posse demonstravit Boeckhius, quamquam verisimilius est et columnam et donarium ei impositum et alterum quidem pictum indicari.

1076 '*On the upper moulding of an altar or base of dark volcanic stone rudely carved.*' A. 4', l. 1' 7'' Meli inventa, postea Londinum in Museum Britannicum translata. Edd. Turner *Journ. of a tour in the Levant* 1820, I 34; Boeckh C.I.G. II 2434 ex schedis Koehlerianis (Ross Inscr. graec. ined. III p. 2; Roehl I. G. A. 420 (= Imagg.[2] 59, 8); Kirchhoff *Studien*[4] 68 II 8; Cauer Delect.[2] 135, 2; Roberts *Introd.* I 33, 8*g*); Newton *Anc. greek inscr. in the Brit. Mus.* II 1883 CCCLXVI. Delineavit F. Anderson meum in usum, veniam comiter dante A. S. Murrayo.



Δαμοκρέων
ἀνέθηκε.

'*In Θ appears to have a bar across, but this may be the result of fracture of the stone*' Newton.

1077 Fragmentum marmoris albi l. 0,385, a. 0,165, quod Rottiersius a. 1825 ex Melo insula Museo Lugduno-Batavo misit. Litterae crassae et simplices quales altero fere p. Chr. n. saeculo placebant, a. c. 0,025. Ed. L. I. F. Ianssen Musei Lugd.-Bat. inscr. graec. et lat. 1842, 24 sq. et tab. IV 4. Ectypum rogante H. van Gelder comiter miserunt viri clarissimi, qui huic Museo praepositi sunt.

ΟΣ ΜΑΡΚΕΛΛΟΣ
ΙΙΑΙΗΓΗΣΑΣΤΑΑΓΑΛ
ΜΑΤΑΤΗΣΑΘΗΝΑΣ
ΕΠΕΣΚΕΥΑΣΕ

. . . . . . ος Μάρκελλος
[στρ]α[τ]ηγήσας τὰ ἀγάλ-
ματα τῆς Ἀθηνᾶς
ἐπεσκεύασε.

Τὰ ἀγάλματα ad ξόανον aliquod vetustissimum et ad statuam recentiore aetate dedicatam spectare videntur. De priore cf. n. 1081 et quae P. Wolters exposuit loco ibi laudato.

1078 Lapis magnus (granites?) l. 1,79, a. 0,47, a dextro latere decurtatus, a ceteris partibus integer; litteris bonis a. vs. 1 0,095—0,10, vs. 2 0,085—0,09, aetatis imperatorum romanorum. Superficies lapidis summopere detrita; est enim in pavimento viae publicae oppidi Πλάκα apud casam Calliopae Kamipurakis. Ex A. Schiffii schedis, quae et mihi praesto sunt, ed. Th. Mommsen C. I. L. III suppl. 14203[2].

L· MAGIVS·ERC//_////PORTI
ΛΕ///ΚΙΟΣ//////////ΜΑΓΙC////- Ε

L. Magius Ero[s] porti[cum (s. -culam) - -
Λε[ύ]κιος Μάγιο[ς] Ἔ[ρως τὴν στοὰν (s. τὸ στῴδιον) - - - -
Cf. n. 1079.

1079 *'On a large block of marble at Παλαιὸ Χώρι.'* Ed. I. Hogg *Transact. of the Roy. Soc. of Lit.* V 2. 1856, 30, 7 ex Leicesteri schedis (C. I. L. III 1, 490).

ΕΙΟΤΟΣΘΥΓΑΤΗΡΤΙΟΥΛ
//////////////////////////////
ΟΜΙΟΝΚΑΙΤΟΣΤΩΔΙΟΝΕΚΤΩΝΙ
//////////////////////////////
ORTICVLAM · MINERVÆ · ET

[-- Λευκίου Μαγίου(?)] Ἔ[ρω]τος θυγάτηρ, Τ. Ἰουλ[ίου -- γυνὴ(?)
[-- τὸ περιβώ]μιον(?) καὶ τὸ στῴδιον ἐκ τῶν ἰ[δίων ἀνέθηκαν Ἀθηνᾷ καὶ ---]
[-- *L. Magii*(?) *Erotis f. T. Iulii -- uxor*(?) *p*]*orticulam Minervae et* ---

A. Schiff apte comparat titulum n. 1078, unde Erotis nomen restitui. Minerva etiam in dedicatione n. 1080 occurrit, quae fortasse ad eandem porticum spectat, quamquam quae ratio inter hos lapides intercesserit, vixdum certo explorari potest.

1080 Quattuor epistylii unius(?) fragmenta corona insuper ornati, litteris magnis a. 0,105. *a* in vico Πλάκα supra portam Nicolis Μπαλαμπάνου, l. c. 1,08, a. plus 0,16; *b* in vico Τρυπητή supra fenestram officinae Iosephi Karamakis in muro, a dextra fractum; *c* ibidem ubi *a*, a dextra sinistraque mutilum, sicut illud calce oblitum, max. l. 0,62, max. a. plus 0,17 (Dümmler 0,21); *d* in vico Πλάκα in tecto casae Ioannis M. Mantzarakis, a dextra sinistraque fractum, max. l. 0,89, a. 0,32, max. cr. 0,20. Edd. *a* R. Weil *Mitth. des athen. Inst.* I 1876, 248, 5, cf. F. Dümmler ibid. XI 1886, 118 sq. ad n. 5. 6; *b c* F. Dümmler ibid. n. 6 (*b*). 5 (*c*); *d* L. Pollak *Mitth. des athen. Inst.* XXI 1896, 221. Exscripsi omnia.

a ΝΙΚΩΔΑΚΙΚΩΚΑΙ

b *vacat* ΑΘΗΝΑ *vacat*

c ΩΝΥΠΟ

d ΟΣΜΩΙΕΓ

a [Αὐτοκράτορι Καίσαρι θεοῦ Νέρουα υἱῷ Νέρουᾳ Τραϊανῷ Γερμα]νικῷ Δακικῷ καὶ

b Ἀθηνᾷ.


c [ὁ δᾶμος s. ὁ δεῖνα ἐκ τῶν δοθέντ]ων ὑπὸ [τοῦ δεῖνος -- (cf. titulum Astypalaeensem n. 195 et n. 1104, 1).

d [(*nomen sive theatri sive porticus sive alius aedificii*) σὺν τῶι κ]όσμωι ἐ[πεσκεύασεν].

Traianus Dacicus est, nec tamen Parthicus; unde tituli aetas inter annos 102—115 definitur.

De loco accuratissime disseruit Dümmler: *'Das ... Architravstück'* [= *a*] ... *'ist auf dem Acker des Manolis Kamaris gefunden worden. Das Grundstück liegt auf der Seite der Klimaschlucht etwa auf halber Höhe des Stadtberges, 10 Minuten unterhalb des Theaters. Bruchstücke von Säulen und Architraven aus römischer Zeit ... sind dort noch sichtbar. Von demselben Grundstück stammt'* ... [= *c*]. *'Vom Grundstück des Manolis ist das des Vichos nur durch einen Fussweg getrennt. Von diesem stammt die Inschrift'* ... [= *b*]. De fragmento *d* nihil amplius comperi.

1081 Spondylus columnae a. 0,83, circuitus sup. 1,38, inf. 1,44, eodem loco quo n. 1098 inventus et eodem modo anaglypho ornatus. Anaglyphum Minervae statuam more antiquissimo factam repraesentat. Edd. Kumanudes Φιλίστωρ II 1862, 274 sq. (*Arch. Zeitg.* 1861, 234*); O. Iahn De antiquissimis Minervae simulacris 1866, 20 et tab. III 7 cum imagine (Roscher *Lex. der Myth.* I 690); Kekulé *Die ant. Bildwerke im Theseion* 1869, 377; v. Sybel *Katalog der Sculpturen zu Athen* 1881, 586; Wolters *Mitth. des athen. Inst.* XV 1890, 246 sqq. cum imagine nova, quam hic expressimus.




ΕΙϹΕѠ
ΕΙϹΕѠ
Ἀλέξανδρον.

De Minervae simulacris cf. n. 1077.

ΕΙϹΕѠ quid sit, certo explorari non potest.

1082 Fragmentum marmoris albi, ab homine aliquo in vicum Τρυπητή delatum, l. 0,07, a. 0,08, cr. 0,04. Ed. C. Smith *Journ. of Hell. stud.* XVII 1897, 20, 45, cuius imaginem infra repetii.



\- - - -
\- - - -
[εἴ]λεων ε -(?)
\- Ἀ]λεξά[νδρῳ
\- - - -

De Alexandro vide n. 1081 et n. 1098.

1083 Fragmentum marmoreum. Ed. Rangabé *Ant. Hell.* II 1855, 1193.

ΘΕΟΛΑΣΑΣΚΛΑΠΙΩΙ

Θεόλας Ἀσκλαπιῶι.


1084 Tabula marmoris albi, l. 0,61, a. 0,72, max. cr. 0,16; a postica parte fracta (aut nunquam levigata). Litterae bonae alterius aut primi a. Chr. n. saeculi, a. c. 0,025, Θ Ο Ω plerumque minores. Repertam in valle Κλῖμα haud procul a mari nunc possidet Demetrius Emmanuëlis f. Kostas, qui in vico Τρυπητή habitat. Edita Ἐφημερίς die XVIII m. Martii a. 1879, *Bull. de corr. Hell.* III 1879, 256 ex Brestii Galliae proxeni vice in insula Melo functi ectypo (Cauer Delect.[2] 139, cf. Ricci *Mon. ant.* II 1893, 281). Exscripsi.

ΕΠΙΑΝΑΞ ΑΓΗΣΙΜΕΝΟΥ
ΤΑΝ ΑΥΤΟΥ ΓΥΝΑΙΚΑ
ΚΑΙΟΝΟΜΑΡΧΟΣΕΠΙΑΝΑ
ΚΤΟΣΤΑΝΜΑΤΕΡΑΘΕΥΚΛΕΙ
ΑΝΑΣΚΛΑΠΙΩΚΑΙΥΓΕΙΑΙ

Ἐπίαναξ Ἀγησιμένου
τὰν αὑτοῦ γυναῖκα
καὶ Ὀνόμαρχος Ἐπιάνα-
κτος τὰν ματέρα Θευκλεῖ-
αν Ἀσκλαπιῶι καὶ Ὑγείαι.

Cf. n. 1090.

1085 Thesaurus marmoreus. '*Au milieu est un évidement semblable à ceux des moulins antiques.*' Edd. Ch. Lenormant *Ann. dell' Inst.* I 1829, 341 sq. (C. I. G. II 2428); Le Bas *Expéd. de la Morée* III 1838 tab. 29 fig. IV et in app. epigr. p. 47 *Mélos* 2 ex duobus exemplaribus, e quibus unum Ch. Lenormant confecit, alterum (imaginem scilicet) Blouet Poirot Ravoisie (= Le Bas *Inscr. grecques et latines* V 1839, 281 [C. I. G. II add. p. 1080]). Imaginem Bloueti infra repetii.



Ἀσκληπιῷ καὶ
Ὑγείᾳ ὁ ἱερεὺς
Κλαύδιος Γαλλεῖνας.

Vs. 3 extr. ΑΣ Blouet etc., quem et Le Bas et P. Wolters *Mitth. des athen. Inst.* XVII 1892, 7 comprobant; ΟΣ Lenormant (Boeckh).

Basis in antro una cum Aesculapii capite, quod nunc Londini est (cf. Friederichs-Wolters *Gipsabgüsse (Berlin)* 1283; Wolters *Mitth.* l. l. 7 sq. et tab. III 2) et multis Hygieae statuis parvis, nec non tabulis votivis reperta est (Lenormant). Caput quarto fere a. Chr. n. saeculo, cetera omnia Romanis temporibus adscribenda esse videntur. Thesaurum esse hunc lapidem docet n. 443, de quo alio loco plura disseram.

1086 Tabula votiva, in qua crus muliebre anaglypho effictum est, l. 7³/₄″, a. 1′¹/₄″, inventa in antro una cum aliis inscriptionibus, quae ad Aesculapium spectant; postea Londinum in Museum Britannicum translata. Edd. Ch. Lenormant *Ann. dell' Inst.* I 1829, 342 (C. I. G. II 2429); *Expéd. de la Morée* III 1838 tab. XXIX 2; Le Bas *Inscr. grecques et latines* V 1839, 280; Newton *Anc. greek inscr. in the Brit. Mus.* II 1883, CCCLXV (cf. P. Wolters *Mitth. des athen. Inst.* XVII 1892, 7).

ΑCΚΛΗ
ΠΙΩ
ΚΑΙ
ΥΓΕΙΑ
ΤΥΧΗ
ΕΥΧΑΡΙC
ΤΗΡΙΟΝ

Ἀσκλη-
πιῷ
καὶ
Ὑγείᾳ
Τύχη
εὐχαριστ-
τήριον.

1087 Tabula Meli inventa, postea ab E. Schauberto possessa, in qua pedis et auris erant imagines. Tituli dextra modo pars conservata est. Ed. Ross *Ann. dell' Inst.* XV 1843, 332.

. . . . . Σ
. . . . ΠΙ
. . . . ΑΙΥ
. — ΙΑ
.ΥΧΗΝ

- - - - ς
[Ἀσκλη]πι-
[ῷ κ]αὶ Ὑ-
[γε]ίᾳ
[ε]ὐχήν.

Vss. 2. 3 Σαρά]πι | [καὶ Ἴσι κ]αὶ Ὑ -?

1088 '*Upon a piedestal in a field where the statue of Esculapius was found, which was near the Cyclopean tower to the north of Hagios Nikolas.*' Ed. I. Hogg *Transact. of the Roy. Soc. of Lit.* V 2, 1856, 30, 9 ex Leicesteri schedis.

ΠΑΙΗΟΝΙ_ΚΑΙ
ΠΑ ΝΑΚΙ:!
ΓΑΠΙ·ΠΕΥC
ΤΩΝ·_ _ ЭСΡΩ

Παιήονι καὶ
Πανακ[είᾳ]
- - - - -
- - - - -

Vs. 3 fortasse [Σαρ]άπι latet.

1089 Ara marmorea cylindrata, cuius a. 1,17, dm. 0,72, litterae a. 0,045, in superiore latere excavata (foramen est rotundum, profundum 0,04, dm. eius 0,48). Effossa est a privatis hominibus in Manolis Galani campo, qui est familiae Kalergis, in proprio suo loco in camerae pavimento, quattuor pedes infra solum hodiernum. Postea absconditam denuo effodit C. Smith, qui ed. *Journ. of Hell. stud.* XVII 1897, 14, 31.

ΔΙΟΝΥΣΩ
ΤΡΙΕΤΗΡΙΚΩ

Διονύσῳ
Τριετηρικῷ.

1090 Edd. O. G(erhard) *Bull. dell' Inst.* II 1830, 195 ex Brestii Galliae proxeni schedis (C. I. G. II 2431) et melius Le Bas *Expéd. de la Morée* III 1838 in app. epigr. 47 *Mélos* 3 Virleti exemplari usus (= Le Bas *Inscr. grecques et latines* V 1839, 282 [C. I. G. II add. p. 1081]).

ΕΠΙΑΝΑΞΟΠΑΤΗΡΚΑΙΟΑΔΕΛΦΟΣ
ΟΝΟΜΑΡΧΟΣΑΓΗΣΙΜΕΝΗΝΕΡΜΑΙ
ΚΑΙ ΗΡΑΚΝΕΙ

Ἐπίαναξ ὁ πατὴρ καὶ ὁ ἀδελφὸς | Ὀνόμαρχος Ἀγησιμένην Ἑρμᾶι | καὶ Ἡρακλεῖ.

Brestius Ξ et Σ scribit; verba Ἐπ. — Ὀνόμαρχος primo, reliqua secundo versui tribuit; ΑΓΝΙΣΜΕΝΗΝ exhibet.

Idem Ἀγησιμένης commemoratur n. 1084.

1091 Lapis olim supra aediculam (*'une espèce de niche'*) inaedificatus, intra quam Veneris 'Meliae' statua inventa est teste Dumont d'Urville: *'L'entrée de la niche était surmontée d'un marbre de quatre pieds et demi environ de longueur sur six à huit pouces de largeur. Il portait une inscription, dont la première moitié seule a été respectée par le temps, l'autre est entièrement effacée ... Néanmoins j'ai copié avec soins les caractères, qui restaient encore de cette inscription, et je puis les garantir tous, excepté le premier, dont je ne suis pas sûr'*. Edd. Clarac *Sur la Vénus de Milo* 1821, 25 et iterum in libello de statua Oratoris (Osann Syll. inscr. graec. et lat. 1834, 222 [vs. l. 2]; Letronne *Recherches pour servir à l'histoire de l'Égypte* 422); deinde idem rectius ... in comm. de Venere Melia inserta libro Henrici Laurent *Musée Royal* et in tabulis Musei Regii (tab. n. LIV) post n. 719; Boeckh C. I. G. II 2430 ex Claraci tabula, omissis supplementis. Cf. Furtwängler *Meisterwerke der griech. Plastik* 1893, 615, qui litteras aetati inter ultimos tertii et primi saeculi annos interiectae vel potissimum inde a medio saeculo altero usque ad medium saeculum primum tribuit; Collignon *Histoire de la sculpture grecque* II 1897, 470, 1.

ΒΑΚΧΙΟΣΣΑΤΙΟΥΥΠΟΓΥΙ...........Α>
ΤΑΝΤΕΕΞΕΔΡΑΝΚΑΙΤΟ/
ΕΡΜΑΙΗΡΑΚΛΕΙ

Βάκχιος Σάτ[τ]ου ὑπογυ[μνασιαρχήσ]ας
τάν τε ἐξέδραν καὶ τὸ [ἄγαλμα(?)]
Ἑρμᾶι Ἡρακλεῖ.

Vs. 1 ΣΑΤΙΟΥ] Σάτ[τ]ου Collignon, collato nomine Ἀνδρόλας Σάττου (κωμωιδός), qui in Deliaca inscriptione (Hauvette-Besnault *Bull. de corr. Hell.* VII 1883, 105 sq., II 8) commemoratur. || vs. 2 [ἄγαλμα] Furtwängler, qui ipsam Veneris statuam ita nominari censet.

Lapidem Parisiis in Museo conservari falso scripsit Boeckh; Meli relictum tradit Vic. de Marcellus *Souvenir de l'Orient* I 248 sq. not. (A. Schiff).

1092 Basis superne in parte adversa cymatio simplici ornata, una cum Venere 'Melia' a. 1820 inventa, cui Herma viri barbati falso impositus fuit, quando eam delineavit Voutier. Voutieri imaginem edd. Ravaisson *La Vénus de Milo, Mém. de l'Acad. des Inscr.* XXXIV 1, 1892 tab. II et ex eo Furtwängler *Sitzungsber. der philos.-philol. und der hist. Cl. der K. bayr. Akad. der Wiss.* 1897, 415; tractaverat S. Reinach *Chronique des arts* 1897, 26 et *The Nation* 1897, 222.

ΕΟΔΩΡΙΣΑΣ.ΑΛΙΣΙΣΤΡΑΤΟΖΙ

[Θ]εοδωρί[δ]ας [Λα]ισ⟨ισ⟩τράτο(υ) Ζ[ηνί].

Litterarum formas non bene redditas esse n. 1096, ubi idem homo commemoratur, demonstratur; postulantur Ι Σ. || Ζηνί cf. Theraeum Ζηνό(ς) n. 375. || Cymatium cum in adversa modo parte, non a sinistra dextraque sit, in his partibus alios lapides fuisse eamque ob causam Hermae utique non fuisse hanc basim verissime monuit Furtwängler.

1093 In colle Πυργάκι supra vallem Κλῖμα appellatam et supra Palaeopolin planities est longa fere 80 m., larga 20 m., et intra eam in ipsa rupe foramen propemodum quadratum (latera 0,37—0,40) ad recipiendam aram parvam idoneum. A dextra arae inscriptio rupi est incisa, litteris a. 0,03—0,04 quarto a. Chr. n. saeculo vix recentioribus. Ed. R. Weil *Mitth. des athen. Inst.* I 1876, 248, 6 et melius C. Smith *Journ. of Hell. stud.* XVII 1897, 9, 22; cf. p. 123. Exscripsi.

ΔΙΟΣΚΑΤ////
ΑΙΒΑΤ////\

Διὸς Κατ-
αιβάτ[α].

1094 In parte occidentali rupis prope angulum agri a tribus ecclesiis denominati eum, qui euronotum spectat (regio ea est, quam in n. 1093 lemmate indicavimus). Rupes olim arae in formam redacta fuisse sed magnam partem deleta esse, ut inde lapides muris idonei fierent, Smithio videbatur, qui ed. *Journ. of Hell. stud.* XVII 1897, 8 sq., 21; cf. p. 123.

ΙΒΑΤΑ [Διὸς Κατα]ιβάτα.

1095 Ara cylindrata marmorea, cuius dm. 0,55; litterae a. 0,04; inventa in campo in regione Τραμυθιά infra turrem antiquam. Ed. C. Smith *Journ. of Hell. stud.* XVII 1897, 14, 30.

ΗΡΩΟΣ Ἥρωος.

1096 Basis marmoris albi, l. 0,72, a. 0,32, cr. 0,59; litteris pulchris στοιχηδόν dispositis saeculi quarti a. Chr. n., a. 0,017—0,02. Inventa a. 1877 in Ioannis Nostrakis agro, qui est in valle Κλῖμα ad mare; postea in museum publicum Athenas est translata. In basi est iuvenis statua a. 1,50. Edd. Anonymus Παρνασσός I 1877, 311 ex A. Blasti scholarchae epistula iam in ephemeride Πανόπη diebus V et VIII m. Aprilis eiusdem anni edita; Ch. Tissot *Bull. de corr. Hell.* II 1878, 522, 4, qui ad portum viderat (Cauer Delect.[2] 138); L. v. Sybel *Katalog der Sculpturen zu Athen* 1881, 425; Collignon *Bull. de corr. Hell.* XIII 1889, 500; Kavvadias Γλυπτὰ τοῦ ἐθνικοῦ Μουσείου I 1890/2, 237. Exscripsi.

ΘΕΟΔΩΡΙΔΑΣΛΑΙΣΤΡΑΤΟ
ΠΟΣΕΙΔΑΝΙ

Θεοδωρίδας Λαιστράτο(υ)
Ποσειδᾶνι.

Cum hic titulus tum Neptuni statua ibidem inventa (Kavvadias l. l. 235) Neptuni fanum eo loco ad portum fuisse testantur. Idem homo occurrit in dedicatione n. 1092.

1097 Basis magna marmoris albi, l. 1,11, a. 0,67, cr. 0,375. '*Auf der oberen Anschlussfläche zwei Klammerlöcher für den rückseitig anstossenden Stein und zwei Dübellöcher für den oben aufliegenden Stein.*' Litterae elegantes et apicatae; Θ Ο Ω ceteris paullo minores, Ε et Ε. Artificis nomen ceteris vel elegantius scriptum. Nunc est in regione Παλαιόπολις prope forum antiquum intra olivetum muro cinctum, quod est Antonii Makris sive Koliaris. Edd. Pittakis Ἐφ. ἀρχ. 1859, 3507 ex Michaëlis custodis schedis (Brunn *Bull. dell' Inst.* XXXII 1860, 56, unde Overbeck *Schriftquellen* 2264; Hirschfeld Tit. stat. 155); Weil *Mitth. des athen. Inst.* I 1876, 247, 2 (Cauer Delect.[2] 140); Ch. Tissot *Bull. de corr. Hell.* II 1878, 522, 3; (Loewy *Inschr. griech. Bildh.* 217); Ricci *Mon. ant.* II 1893, 280 sq. Exscripsit A. Schiff; vidi.

Ο Δ Α Μ Ο Σ Ο Μ Α Λ Ι Ω Ν Ε Τ Ι Μ Α Σ Ε Ν
Τ Α Ν Ρ Ω Μ Α Ν Ε Ι Κ Ο Ν Ι Χ Α Λ Κ Ε Α Ι
Κ Α Ι Σ Τ Ε Φ Α Ν Ω Ι Χ Ρ Υ Σ Ε Ω Ι
Α Ρ Ε Τ Α Σ Ε Ν Ε Κ Ε Ν Κ Α Ι Ε Υ Ε Ρ
Γ Ε Σ Ι Α Σ Τ Α Σ Ε Ι Σ Α Υ Τ Ο Ν


Π Ο Λ Ι Α Ν Θ Η Σ Σ Ω Κ Ρ Α Τ Ε Υ Σ
Ε Π Ο Ι Η Σ Ε

Ὁ δᾶμος ὁ Μαλίων ἐτίμασεν
τὰν Ῥώμαν εἰκόνι χαλκέαι
καὶ στεφάνωι χρυσέωι
ἀρετᾶς ἕνεκεν καὶ εὐερ-
γεσίας τᾶς εἰς αὐτόν.

Πολιάνθης Σωκράτευς
ἐποίησε.


Polianthes Deli cum alias tum Masinissae regis a. 149 a. Chr. n. mortui statuam fecit (Loewy *Inschr. griech. Bildh.* 212), unde aetas tituli fere constat. Loewyo iudice idem est qui Πολιάνθης Κυρηναῖος (ibid. 216).

1098 Spondylus columnae a. 0,83, circuitus sup. 1,40, inf. 1,46, anaglypho ornatus rudi opere et ita facto, ut in columnam iam diu absolutam posteriore aetate ornamenta inciderentur. Anaglyphum Fortunam et Plutum puerum repraesentat. Inventus prope theatrum inter parietinas aedificii antiqui, ubi et opus musivum et Herma (n. 1092) reperta sunt. Edd. Kumanudes Φιλίστωρ II 1862, 274 (*Bull. dell' Inst.* 1862, 85 sq., cf. 1865, 35. 1866, 93 sq.; *Arch. Zeitg.* 1861, 234); Kekulé *Die antiken Bildwerke im Theseion* 1869, 378; L. v. Sybel *Katalog der Sculpturen zu Athen* 1881, 587; Wolters *Mitth. des athen. Inst.* XV 1890, 246 sq. cum imagine, quam infra repetendam curavi.



Ἀγαθὴ
Τύχη Μήλου
εἵλεως Ἀλε-
ξάνδρῳ κτίστῃ
εἱερῶν μυστῶν.

1099 *Sur une moulure.* Ad portum antiquum (Tissot). '*In Klima auf dem Felde Lyophito*' (Pollak). Ed. Ch. Tissot *Bull. de corr. Hell.* II 1878 521, 2. Habeo etiam ex Pollakii schedis, quas expressi.




Ἐπὶ Καλανδίω-
νος γραμματέ-
ως ἀνετέθησα[ν]

ἐκ τοῦ κοινοῦ.

Paucas litteras (vs. 1 ΕΠΙ et Ѡ, vs. 3 Ѡ, vs. 4 extr. ΟΥ) integriores exhibet Tissot.

1100 In colle S. Eliae apud vicum Πλάκα sito aëtomatis fragmentum fuit, marmoris Parii, cuius max. l. et cr. 3′ 10″, a. 3′; litteris pulchris. Edd. Turner *Journ. of a tour in Greece* 1820 I 34; Boeckh C. I. G. II 2440 ex Turnero et Buherii schedis; Leake *Travels in Northern Greece* III 1835, 80 et tab. XXIV 116 cum imagine (C. I. G. II add. p. 1081).



Σαβεῖνος Ζωπύ[ρου - -

Aedicula aut deo alicui dedicata aut sepulcralis fuisse potest.

1101 In columnae doricae abaco marmoris leucophaei, l. 0,42, a. 0,095, litteris apicatis. Effossum a. 1896 ed. C. Smith *Journ. of Hell. stud.* XVII 1897, 17, 38.

ΙΟΣΣΩΡΕΙΝΙΑΝΟΣ
ΙΙΓΟΣΑΡΧΩΝΜΗΛΙΩΝΤΟΓ
ΕΚΤΩΝΙΔΙΩΝΕΝΤΩΙΔΙΩΤΟΠΩΤΟΩΡΟ
ΛΟΓΙΟΝ·ΑΝΕΘΗΚΕΝ

- - - - - - - ιος Σωρεινιανὸς
..ω....τος ἄρχων Μηλίων τὸ γ'
ἐκ τῶν ἰδίων ἐν τῷ ἰδίῳ τόπῳ τὸ ὡρο-
λόγιον ἀνέθηκεν.

1102 Tabula marmoris albi undique mutila, cuius max. l. 0,44, max. a. 0,48, cr. 0,04; litteris magna cum cura et elegantia quamvis putida incisis et quae (altero vel) tertio p. Chr. n. saeculo fortasse non antiquiores sunt habendae a. (0,023[ο]—)0,04(—0,06[φ]). Formae variant, cf. ο et Ο et 0. Edd. Ross Inscr. graec. ined. III 1845, 246; Ricci *Mon. ant.* II 1893, 276 sqq., 3. Exscripsi in vico Πλάκα apud Stylianum Drunkam.

Ι
ΛΕΟΥϹ
Γ ΕΚΝΟΙϹ
ΕΝΕΙΑΡΙϹΤΟ
ΙΕΡΕΥϹΙΝΕΚΘΕ
ΙΞΥΛΩΡΟΦΟΝ
ΟΝΑΝΕΘ
ΝΤΟ
Ι
?

[(ὁ δεῖνα) - φ -]
[- - - κ]λέους
[σὺν τοῖ]ς τέκνοις
[- - γ]ένει Ἀριστο -
[- ἀρχ]ιερεῦσιν ἐκ Θε[μελίων(?)]
- - ξυλώροφον
- - ον ἀνεθη -
- - ν το - -
- - - - -

Vs. 6 Ξυλώροφον ut nomen proprium? Ricci, sed vide de ligneo porticus Theraeae tecto n. 325 sq.; vs. 9 '*Traccie di* ΤΥ, *o* ΕΥ, *o* ΓΥ' idem. || vs. 7 extr. hasta propter nimiam longitudinem ad φ, non ad Κ pertinuisse videtur. || In margine dextro versibus 2—6 nihil addendum esse censet Ricci, fortasse recte.

1103 Pelvis in superiore saxi magni (a. c. 0,60) latere insculpta, cuius pelvis dm. exterior c. 0,88, interior c. 0,72, profunditas c. 0,4. Margo in uno latere perforatus est, unde liquor infusus sive oleum ex olivis expressum sive vinum sive aqua emanabat — neque enim quem ad usum destinata fuerit pelvis constat (fortasse περιῤῥαντήριον fuit). Iacet in clivo septentrionali collis Κλιματόβουνο appellati, supra Κλῖμα vallem meridiem versus. Litterae quarti fere a. Chr. n. saeculi, a. 0,05—0,06, in parte marginis incisae. Edd. Rangabé *Ant. Hell.* II 1855, 1194; Ch. Tissot *Bull. de corr. Hell.* II 1878, 521, 1. Contulit R. Weil *Mitth. des athen. Inst.* I 1876, 249. Exscripsi.

ΕΥΡΥΑΝΑΚΤΙΔΑΝ Εὐρυανακτιδᾶν.

1104 Tabula marmoris albi, l. 0,42, a. 0,37; litteris elegantibus et apicatis a. c. 0,02. Repertam a. fere 1892 apud S. Eliae ecclesiam (i. e. in Palaeopoli, fortasse in foro aut prope id) domum suam, quae est in territorio vici Πλάκα (sed prope vicum Πλάκες) transtulit ibique in hortum suum iecit Antonius Kómis. Ed. L. Pollak *Mitth. des athen. Inst.* XXI 1896, 220 sq. Exscripsi.

ΟΔΗΜΟΣ·ΕΚΤΩΝΥΠΟΤΟΥ
ΣΕΒΑΣΤΟΥΘΕΟΥΚΑΙΣΑΡΟΣ
ΔΕΔΩΡΗΜΕΝΩΝΕΠΕΣΚΕΥ
ΑΣΕΝΤΟΙΕΡΟΝ·Δ ΙΟΥΡ
ΓΟΥΝΤΩΝΝΕΙΚΑΙΟΥΤΟΥ
ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥΑΧΑΙΟΥΤΟΥ
ΑΧΑΙΟΥΣΑΤΥΡΟΥΤΟΥΑ
ΠΟΛΛΩΝΙΟΥΓΡΑΜΜΑΤΕ
ΩΣΔΕΚΛΕΩΝΥΜΟΥΤΟΥ
ΣΩΓΕΝΟΥΣ

Ὁ δῆμος ἐκ τῶν ὑπὸ τοῦ
Σεβαστοῦ θεοῦ Καίσαρος
δεδωρημένων ἐπεσκεύ-
ασεν τὸ ἱερὸν δ[ημι]ουρ-
γούντων Νεικαίου τοῦ
Ἀπολλ[ω]νίου, Ἀχαιοῦ τοῦ
Ἀχαιοῦ, Σατύρου τοῦ Ἀ-
πολλωνίου, γραμματέ-
ως δὲ Κλεωνύμου τοῦ
Σωγένους.

Imperator Augustus esse videtur.


1105 Stela marmoris nigricantis a superiore dextraque parte mutila, cuius max. l. 0,39, max. a. 0,77, cr. 0,05. Repertam prope ecclesiam S. Eliae Adamantem detulit Nicolaus Chronis f. Litterae magnae sed valde detritae, a. 0,04. Exscripsi.

ΚΡΟΠΟΛΕΩ
ΧΡΗΣΜΟΥΙΛ
ΦΛΑΒΙΑΣΑΡΧ
ΚΑΡΠΟΣΕΚΤ
ΚΑΙΤΟΡΕΟΝΕ
ΡΕΕΙΕΝΤΩΚΑ
ΑΔΕΛΦΟΥΑΡ
vacat

- - - - - - - -
[- - - - - ἐκ τῆς ἀ]-
κροπόλ[εως - - - -
χρησμοῦ - - - - -
Φλαβίας Ἀρχ[- (s. ἀρχιερείας) καὶ]
Κάρπος ἐκ τ[ῶν ἰδίων - -]
καὶ τὸ ῥέον ἐ[- - ὕδωρ ὃ]
ῥέει ἐν τῷ κα[ταγωγείῳ(?) μετὰ τοῦ]
ἀδελφοῦ Ἀρ - - - - -

Agitur de aquaeductu aliquo restaurato; sententiarum vero nexum restituere nequeo.

1106 Frustulum cymatii, quod in inferiore basis alicuius parte fuisse videtur, marmoris albi; max. l. 0,155, max. a. 0,075, max. cr. 0,055. Cymatii pars inferior ad perpendiculum directa, media et superior concavae sunt. In media parte litterarum parvarum vestigia aegre leguntur a. 0,007—0,008, quae tertii a. Chr. n. saeculi esse mihi videntur. Attulit nobis in theatro antiquo versatis homo quidam, prope S. Eliam et a vico Πλάκα occidentem versus inventum esse affirmans. Ed. C. Smith *Journ. of Hell. stud.* XVII 1897, 11 sqq., 27. Vidi.



[*gen. in* -]τῶς ὑπὲρ Ἀνδ[ρο-
- - λῆς, Σ[θ]ενέλ[ο]ς(?) - -

Dedicatio mulieris pro marito, filiorum eius pro patre facta esse videtur.

PARS TERTIA.

TITVLI HONORARII.

1107 Fragmentum marmoris caerulei, cuius max. l. 0,09, max. a. 0,13, max. cr. 0,06. Inferior margo ex parte integer. Ed. C. Smith *Journ. of Hell. stud.* XVII 1897, 13, 29.



[Καίσαρα] Θ[εοῦ υἱὸν]
[Αὐτοκ]ράτ[ορα - -]
- - - λου - - -

Hoc fere modo titulus suppleri possit, si recte scripserit editor αὐτο-κ]ράτ[ορα.


1108 Basis marmoris leucophaei oblonga, l. 0,54, a. 0,59, cr. 0,37. Litterae apicatae, a. 0,065—0,07. In campo a tribus ecclesiis denominato, haud procul a theatro sito, effodit a. 1896 qui ed. C. Smith *Journ. of Hell. stud.* XVII 1897, 17 sq., 39.

ΟΔΑΜΟΣ
ΑΓΡΙΙΠΠΕΙΝΑΝΓΕΡΜΑΝΙΚΟΥ
ΚΑΙΣΑΡΟΣΓΥΝΑΙΚΑΘΕΟΙΣ

Ὁ δᾶμος
Ἀγριππεῖναν Γερμανικοῦ
Καίσαρος γυναῖκα θεοῖς.

Vs. 2 inter litteras ΑΓΡΙΙΓΠΕΙ multi ductus inutiles sunt, quos quadratarius per errorem fecisse videtur.

1109 Fragmentum marmoris albi, max. l. 0,095, a. 0,12; litteris a. 0,023. Fortasse inferioris marginis pars superest. A. 1896 in campo a tribus ecclesiis denominato effossum ed. C. Smith *Journ. of Hell. stud.* XVII 1897, 15 sq., 34.




Vs. 2 Καί]σαρ[α; vs. 4 θε]οῖς(?) Smith, fortasse recte.

1110 Tabula lapidis fulvi a sinistra mutila, cuius max. l. 1,20, a. 0,50, cr. 0,13. Eodem loco dicitur inventa esse, quo Neptuni statua nunc Athenis conservata, in valle Κλῖμα scilicet, ubi etiamnunc in aliqua casa est. Ed. C. Smith *Journ. of Hell. stud.* XVII 1897, 16 sq., 37.

- ΑΝΤΡΑΙΑΝΟΝΚΑΙΣΑΡΑΣΕΒΑΣΤΟΝ
ΟΥΑΥΙΟΝΤΟΝΕΥΕΡΓΕΤΗΝΚΑΙΣΩΤΗΡΑ
ΕΥΣΑΥΤΟΥΤΙΤΟΣΦΛΑΒΙΟΣΔΑΜΕΙΝΟΣ
ΤΙΤΟΣΦΛΑΒΙΟΣΑΡΙΣΤΟΔΑΜΟΣΕΚΔΙΑΘΗΚΗΣ
ΥΤΩΝΦΛΑΒΙΟΥΔΑΜΕΙΝΟΥ

[Αὐτοκράτορα Νέρου]αν Τραϊανὸν Καίσαρα Σεβαστὸν
[Γερμανικὸν θεοῦ Νέρ]ουα υἱὸν τὸν εὐεργέτην καὶ σωτῆρα
[τῆς πόλεως ἡμῶν ὁ ἱερ]εὺς αὐτοῦ Τίτος Φλάβιος Δαμεῖνος
[καὶ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ] Τίτος Φλάβιος Ἀριστόδαμος ἐκ διαθήκης
[τοῦ πατρὸς α]ὐτῶν Φλαβίου Δαμείνου.

1111 Basis cymatiis carens (sive muri lapis) infra fracta, a margine dextro laesa, marmoris albi, l. 0,54, max. a. 0,46, cr. 0,50. Litterae accurate et pro illa aetate satis simpliciter incisae, a. 0,04 (ο vs. 4 0,013). Iacet in muro campestri in agro Panagiulis Emmanuëlis f. Bechi, in clivo infra theatrum. Ed. Ricci *Mon. ant.* II 1893, 279 sq., 5. Exscripsi.



Αὐτοκράτορος
Τ. Αἰλίου Ἁδριανοῦ
Ἀντωνείνου Καίσαρο[ς]
Σεβαστοῦ Εὐσεβοῦς
υἱόν, Μ. Αὐρήλιο[ν]
Οὐῆρον Καίσαρα
ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆ[μος]
ὁ Μηλί[ων].

M. Aurelius, qui postea imperavit, Caesar fuit inde ab a. 139 p. Chr. n. In postica lapidis parte litteras

ΟΔΗΜ
(*spatium unius versus*)
Ο

insculpsit alius quidam, sed titulum incohatum reliquit.

Vs. 3 ultimum ο integrum vidit Ricci.

1112 Basis magna pessime habita marmoris albi, sed calce turpiter oblita, l. 0,82, max. a. 0,15. Nunc est in vico Πλάκα casae Constantini Andrulidakis portae postis sinister. Hominis uxor narrat ab ipsius avo lapidem in eodem agro inventum esse quo famosam illam Veneris statuam. Litterae detritae a. 0,02. Edd. Pittakis Ἐφ. ἀρχ. 1859, 3511 ex Michaëlis antiquitatum Meliarum custodis schedis; I. Hogg *Transact. of the Roy. Soc. of Lit.* V 2, 1856, 29, 4 ex Leicesteri exemplari; Ricci *Mon. ant.* II 1893, 281. Exscripsi; adhibui etiam Pollakii exemplar.

Ο Δ Λ Μ Ο Σ Ο Μ Α Λ Ι Ω Ν
Σ Ω Γ Ε Ν Η ⌐ Λ Υ Σ Α Ν Ι Α
Κ Λ Ο Υ ////// Ε Σ Ι Α ////// Λ Ε ///
Θ Ε Υ / //

Ὁ δ[ᾶ]μος ὁ Μαλίων
Σωγένη [Π]αυσανία,
καθ' ὑ[οθε]σία[ν δ]ὲ
Θευ - - -

Vs. 2 litterae Γ, quam divinaverat Ricci, vestigium in lapide est; ΜΛΥΚ Leicester. || vs. 3 ΟΥ et ΛΕ ex Leicesteri exemplari addidi; Ε alterum ex Pollakii apographo. || vs. 4 ΘΕΛ Leicester, ΘΕΩ Pollak.

1113 'Inter parietinas urbis Meli' Turner; postea cum marmoribus Elginianis(?) Broomhall in Scotiam translatum. Litterae aetatis Romanae. Edd. Turner *Journ. of a tour in Greece* 1820 I 34 (vss. 1. 2); Boeckh C. I. G. II 2424 integrius ex schedis Koehlerianis (cf. add. p. 1080); Ad. Michaëlis *Journ. of Hell. stud.* V 1884, 155, 25. Primus viderat Fauvel et notavit in fastis sub die XIII m. Brumarii = die IV m. Novembris a. 1803 (Parisiis bibliothecae nationalis ms. francogall. 22870 f. 81[8]).

Δ Α Μ Ο Σ Ο Μ Α Λ Ι Ω Ν Σ
Ω Π Υ Ρ Ο Υ Τ Ο Ν Ε Υ Ε Ρ Γ Ε Τ Α Ν
Γ Τ Ε Ι Ω Ι Α Π Ο Χ Ρ Υ Σ Ο

Ὁ δᾶμος ὁ Μαλίων σ[τεφανοῖ]
[Σαβεῖνον(?) Z]ωπύρου τὸν εὐεργέταν
[στεφάνωι ἀριστ]τείωι(?) ἀπὸ χρυσ[ῶν --].

De homine cf. n. 1100.
Α Μ Π Mich., Α Μ Π Fauv. || Vs. 1 Δ Mich., ΝΣ idem, Ν|_Σ Fauv. || vs. 2 Ω Boeckh, Ɔ Mich., nihil Fauv.; Ν extr. unus Fauv. || vs. 3 ΤΤΕΙΩΙΑΠΟ Fauv., ΤΕΙΟΙΑΠΟ Boeckh, Γ‾FΙΟΙΛΙΙΟ Mich., qui Boeckhii supplementum [στεφάνῳ ἀριστ]τείῳ cum vestigiis litterarum pugnare affirmat.

1114 Fragmentum marmoris albi, litteris a. 0,03; intra murum in campo a tribus ecclesiis denominato inventum. Ed. C. Smith *Journ. of Hell. stud.* XVII 1897, 19, 41.

Τ Ι
Α Ν Ω Σ
Α Ν Ω Ι Κ Α Ι Ε Τ
Ο Ν Ι Χ Α Λ Κ Ε Α Ι Α Ι Ε
Ε Ν Ε Κ Ε Ν Κ Α Ι Ε Υ Ν Ο Ι Α Σ Κ
Ε Σ Ι Α Σ Α Σ Ε Χ Ω Ν
Λ Ι Ν Ι Σ Π

[Ὁ δᾶμος ὁ Μαλίων]
[τὸν δεῖνα τοῦ δεῖνος]
[ἐστεφ]άνωσ[ε χρυσέωι]
[στεφ]άνωι καὶ ἐτ[ίμασε]
[εἰκ]όνι χαλκέαι ἀ[ρ]ε[τᾶς]
ἕνεκεν καὶ εὐνοίας κ[αὶ εὐ]-
[εργ]εσίας ἃς ἔχων [διατε]-
[λεῖ - - - - - -]

1115 Basis marmoris albi a. 1857 inventa, postea apud parvam aliquam ecclesiam in regione Κατεργάρι. Edd. utramque inscriptionem Pittakis Ἐφ. ἀρχ. 1859, 3586 ex K. Blasti scholarchae Melii schedis; sinistram denuo R. Weil *Mitth. des athen. Inst.* I 1876, 246 sq., 1, cuius ex schedis hic accuratius expressi (dicit l. 1,25, a. 0,70, cr. 0,14).

a

Ι Ο Σ
Ι Η Ν Σ Α Μ Ο Κ Λ Ε Ο Υ Σ
Τ Ε Φ Α Ν Ω Σ Α Σ Χ Ρ Υ Σ Ε Ω Σ Τ Ε
Α Ν Ω Ι Κ Α Ι Τ Ε Ι Μ Η Σ Α Σ Ε Ι Κ Ο Ν Ι
Λ Α Ρ Μ Α Ι Ι Ν Η Α Γ Ο Ρ Α Ν Ο Μ Η Σ Α Ν Τ Α
Κ Α Λ Ω Σ Κ Α Ι Ε Ν Δ Ο Ξ Ω Σ
Θ Ε Ο Ι Σ

[Ὁ δᾶμ]ος
[Σαμοκλ]ῆν Σαμοκλέους
[σ]τεφανώσας χρυσέῳ στε-
[φ]άνωι καὶ τειμήσας εἰκόνι
[μ]αρμα[ρ]ίνῃ ἀγορανομήσαντα
καλῶς καὶ ἐνδόξως
θεοῖς.

b

Ο Δ
Σ Α Μ Ο Κ Λ Η Ν
Δ Α Μ Ι Ο Υ
Κ Α Λ Ω Σ
Λ Ε Ι Τ Ω

Ὁ δ[ᾶμος]
Σαμοκλῆν [Σαμοκλέους]
δαμιου[ργήσαντα]
καλῶς [καὶ ἐνδόξως]
- - - - - -

a vs. 1 linea \, vs. 5 Λ Weilii sunt. || *b* vs. 5 λειτ[ουργήσαντα] Pittakis.

1116 Tabula marmoris albi sive basis cymatiis carens, l. 0,67, a. 0,78, modo 0,02 ex muro ecclesiae S. Nicolai, quae est in vico Τρυπητή, eminet. Litterae eleganter dispositae et bene incisae apicibus ornatae, a. c. 0,017—0,022. Ed. F. Dümmler *Mitth. des athen. Inst.* XI 1886, 117 sq., 4. Exscripsi.

0,78

0,702

ΤΟΝΙΕΡΕΑΔΙΑΒΙΟΥΓΕΓΟΝΟΤΑΚΑΤΑΤΕΙΜΗΝ
ΤΟΥΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣΚΑΙΣΑΡΟΣΘΕΟΥΣΕΒΑΣΤΟΥΘΕΟΥ
ΚΑΙΤΟΥΠΑΤΡΟΣΑΥΤΟΥ
ΘΕΟΥ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ ΚΑΙΣΑΡΟΣ
ΓΑΙΟΝ ΙΟΥΛΙΟΝ ΜΝΗΣΙΚΛΕΙΔΟΥΥΙΟΝ
ΕΠΙΑΝΑΚΤΑ ΦΙΛΟΠΑΤΡΙΔΑ
ΗΒΟΥΛΗΚΑΙΟΔΗΜΟΣΕΤΕΙΜΗΣΕΝ
ΑΡΞΑΝΤΑΔΙΣ
ΤΗΝΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΝΤΟΥΑΡΧΟΝΤΟΣΑΡΧΗΝ
ΕΠΙΤΕΤΗΙΠΡΟΣΤΟΥΣΘΕΟΥΣΕΥΣΕΒΗΙΑΙ
ΚΑΙΕΠΙΤΩΙΠΕΠΟΛΕΙΤΕΥΣΘΑΙΤΟΝΑΠΑΝΤΑΧΡΟΝΟΝ
ΚΑΛΩΣ ΚΑΙΔΙΚΑΙΩΣ
ΚΑΙΣΥΝΦΕΡΟΝΤΩΣΤΗΙΠΑΤΡΙΔΙ

0,29

Τὸν ἱερέα διὰ βίου γεγονότα κατὰ τειμὴν
τοῦ Αὐτοκράτορος Καίσαρος, θεοῦ Σεβαστοῦ, θεοῦ,
καὶ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ
θεοῦ Αὐτοκράτορος Καίσαρος
Γάϊον Ἰούλιον Μνησικλείδου υἱὸν
Ἐπιάνακτα φιλοπάτριδα
ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος ἐτείμησεν
ἄρξαντα δὶς
τὴν στεφανηφόρον τοῦ ἄρχοντος ἀρχὴν
ἐπί τε τῆι πρὸς τοὺς θεοὺς εὐσεβήιαι
καὶ ἐπὶ τῶι πεπολειτεῦσθαι τὸν ἅπαντα χρόνον
καλῶς καὶ δικαίως
καὶ συνφερόντως τῆι πατρίδι.

Augusti iam mortui et Tiberii sacerdos est.

1117 Fragmentum basis magnae a nulla parte integrum, quamquam in margine sinistro litterae nullae deesse videntur, max. l. 0,25, max. a. 0,84; litteris magnis, quarum extremitates malleolis magis quam apicibus ornatae sunt, a. 0,032—0,04. Vidit iam Fauvel, cuius exemplar Parisiis in bibliotheca nationali (ms. francogall. 22877 f. 39) conservatum contuli; ed. H. Roehl *Mitth. des athen. Inst.* II 1877, 223, 1 ectypo usus a Rehbergo confecto. Exscripsi in vico Ἀδάμας, ubi Georgii Serbudakis casae muro exteriori, qui orientem versus spectat, iniectum est.

ΣΕΡΑΠΟΔ
ΠΟΙΗΤΗΝ
ΡΕΣΚΑΙΔΕ
ΔΙΑΣΤΗΝ
ΚΑΙΒΟΥΛΕ
ΧΟΥΤΗΣΟ
ΤΕΙΜΗΘΕ
ΣΙΚΑΙΕΙΚ
ΑΛΛΑΙΣΤ
ΚΑΙΕΝΤΗ
ΜΕΓΙΣΤΗ
ΛΕΙΤΗΣ/
ΩΝΠΟΛΕ
ΤΑΤΗΠ/
ΠΕΡΙΟΔΟ

[Ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος]
Σεραπόδ[ωρον (s. -οτον) --]
ποιητὴν [τὸν τεσσα]-
ρεσκαιδε[κάκις σχε]-
διαστὴν [γενόμενον]
καὶ βουλε[υτὴν παντα]-
χοῦ τῆς ο[ἰκουμένης],
τειμηθέ[ντα ἀνδριᾶ]-
σι καὶ εἰκ[όσι καὶ ἐν]
ἄλλαις [πόλεσι]
καὶ ἐν τῇ [πρώτῃ καὶ]
μεγίστῃ [μητροπό]-
λει τῆς [Ἀσίας Ἐφεσί]-
ων πόλε[ι, τῇ λαμπρο]-
τάτῃ π[ασῶν πόλεων],
περιοδο[νείκην].

Integras habet Fauvel ultimas litteras vss. 2 Ν, 10 Η, 11 Η, 12 Α, 14 Α. || Vss. 3. 4 σχε]διαστὴν supplevit Kaibel. || vs. 6 Η ex ΕΙ correctum. || vss. 10 sqq. propter omissam neocoratus mentionem quattuor primorum imperatorum aetati titulum adscripsit Roehl. Sed deest etiam in inscriptionibus n. 525. 526 tertio a. Chr. n. saeculo aut omnino non aut non multo antiquioribus. Litteratura serioris aevi esse videtur.

1118 Basis cymatiis carens, cuius in latere superiore foramen est rectangulum, l. 0,43, a. 0,76, cr. 0,39. Litterae apicatae a. c. 0,035; verba more Romano punctis divisa sunt, quae tamen ex parte evanuerunt. Litterae ρ forma Ρ. Εὑρέθη τὸ 1859 κάτωθεν τοῦ ἐν Μήλῳ θεάτρου, μακρὰν αὐτοῦ ἕως ἑκατὸν βήματα (Pittakis); nunc est ibidem fere in regione Παλαιόπολις dicta prope forum antiquum in trivio, ubi viae ad Κλῖμα vallem, ad urbem et Τρυπητήν versus ducentes conveniunt. Edd. Pittakis Ἐφ. ἀρχ. 1859, 3509 ex Georgii Michaëlis antiquitatum Meliarum custodis schedis; R. Weil *Mitth. des athen. Inst.* I 1876, 247, 3. Exscripsi. Litteras a me non recognitas lineolis subductis notavi.

ΗΒΟΥΛΗΚΑΙΟ
ΔΗΜΟΣ
Ο·ΜΗΛΙΩΝΕΤΕΙ
ΜΗΣΑΝ·ΚΟΡ·
ΔΟΜΙΤΙΑΝ·Λ·
ΚΟΡ·ΔΟΜΕΤΙ
ΑΝΟΥ·ΕΥΕΡΓΕ
ΤΟΥ·ΤΗΣ·ΠΟ/
ΩΣΘΥΓΑΤΕ
ΡΑ·ΑΡΕΤΗΣ·ΕΝΕ
ΚΕΝ

[Underlined in print: vs. 3 Ι; vs. 7 the first Ε and the last Ε; vs. 8 /.]

Ἡ βουλὴ καὶ ὁ
δῆμος
ὁ Μηλίων ἐτεί-
μησαν Κορ(νηλίαν)
Δομιτίαν Λ(ουκίου)
Κορ(νηλίου) Δομετι-
ανοῦ εὐεργέ-
του τῆς πό[λε]-
ως θυγατέ-
ρα ἀρετῆς ἕνε-
κεν.

Infra inscriptionem antiquam recentiore demum aetate litterae nonnullae additae sunt, quas nondum vidit Weil.

